Jdzkowski Lesznieska Reformat

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens nobilis Sebestianus filius nobilis Valentini Jdzkowski de Jdzki Wyzkno haeres cum eiusdem parentis sui personali consensu sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia nobili Helizabeth filiae olim Mathiae Leszniewski consorti suae futurae in matrimonium desponsatae Ratione vero dotis post eam ex debitis paternis receptae et in bona sua importatae in medietate omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in haereditate Jdzki et alibi ubivis locorum consistentium haereditariorum paternorum maternorum obligatorum et alio quolibet iuris titulo concernentium ad praesens habitorum et in post favente divina clementia habendorum et acquirendorum devolutorum et devolvendorum summam veri dotalicij nonaginta sexaginta polonicalium et addotalicij decem sexagenas polonicalium inscribit assecurat et reformat more aliarum reformationum et dotalicionum hoc in Regno Poloniae observari solitorum.

Jdzkowski Filio Donavit

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens nobilis Valentinus olim Mathiae Jdzkowski de Jdzki Wyzkno haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia nobili Sebestiano Jdzkowski filio suo legitimo et ipsius posteris Quartam partem omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in haereditate Jdzki Wyzkno et alibi ubivis locorum consistentium haereditariorum obligatorum quaesitorum et alio quocunque iuris titulo ipsum inter filios suos et fratres concernentium in areis hortis agris pratis campis sylvis borris rubetis aedificijs omnibus parvis et magnis totaque substantia et supellectili domestica et generaliter cum omnibus utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinentijs et pertinentiis nullis penitus exceptis nec non cum omni iure suo dominio proprietate propinquitate et titulo haereditario pura mera sincera et irrevocabili donatione dedit donavit inscripsit et irrevocabiliter resignavit perpetuis ac aeternis temporibus. Cui iam exnunc Intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem Regni Generalem et nobiles duos quem et quos fautius sibi ad id negotium expediendum conducere potent officioso acceptandam dat et admittit Praesentaneo suo consensu ad id accedente.